



M
S. 920^{3a} 4^o 2

9
2

G. q. 106. a.

*IVSTITIAM AC GRATIAM DIVINAM IN
SANCTISSIMO REDEMPTIONIS OPERE
OBSERVATAM DISSERVNT,*

ET

VIRVM PRAENOBILISSIMVM
atque **DOCTISSIMVM,**

GEORGIVM ADAMVM
BRVNNER,

*DOMINVM HAEREDITARIVM IN DOBIS
ET MICHELN,*

*IVRIS PRVDENTIAE INTERPRETEM IN PAEDAGOGIO
BERGENSI LONGE MERITISSIMVM,*

DIE XX. JANVAR. clo cccc lxx.

PIA MORTE

NATVRAE DEBITVM SOLVENTEM,

L V G E N T

**AVDITORES, QVI EIVS QVONDAM INTERERANT IVRIS
SCIENTIAE LECTIONIBVS.**



MAGDEBVRGI,
LITTERIS GODOFREDI VETTERI.

AK



aequor immensi studii benignum
Et Dei iustam veneremur iram,
Quae metu flectens penetrat profunda
Pectora sancto.

Tu Deus fessos animos amoris
Lacte delectas, patrio vetustis
Saeculis quondam gremio sacrata,
Corda fouebas.

Te vel haec iussit grauitas amica
Filiū pressam scelerum pudore
Mittere ad turbam, celebrique pacto
Reddere vitam.

Praeficium te ius docuit relictae
Patrium proli studium, Deique
Inclytas magni vitio relato
Demere formas.

Qui tibi sceptro fuit aequus amplo,
Iunctus aeterna deitate Patri,
Iure mortales homines seuro
Induit aeger.

Iustus infontem stimulus decorem
Tradidit morti, queruloque planctu;
Miscuit caeli decus & probroso
Grande labori.

Sic Dei plectens pietas tremendi
Iure placatur, redeat vigescens
Vt Dei vultus, noua caritasque
Rideat orbi.

Nunc Dei viuax sequitur repressas
Caritas iras, homines fruuntur
Luce fulgenti, tenebris sereno
Sole solutis.

Quis tibi lumen queat acuiternum
Debito laudes animo litare?
Quis canat dignos patriis honores
Numine curis?

Nam salus pacem reparata firmam
Rettulit nobis, fruimur beati
Arbitro Christo studii quieto
Foedere diu.

Nos manus semper recreans labantes
Subleuat, morti Deus & prementi
Subditos firmat, barathrisque fessos
Eripit atris,

Succus accepto refecit palata
Aegra cum plausu, pietasque larga
Ceui Basan quercu vapida benigna
Mella refundit,

Sic Deus nutu placido stuporem
Mifcet iratum, viget & seuera
Ira confternans, viget at leuamen,
Maius amoris.

Haec TVVM virtus etiam regebat
Diuapectus, VIR CELEBRANDE, iustum,
Dignus exstabas imitator aequi
Numinis ardens.

Iura, quae sancto studio colebas
Ad Dei nutum Themidosque leges,
Sedulo cultu TVA nos modesta
Ora docebant.

Nunc TVVS nostros animos querelis
Triflis angustis obitus repressat,
Nam simul doctor subiit, probique
Cultor amoris,

Ossa percurrit gelidus cauta
Horror, & venas tremuli calores
Commouent flaccas, querebunda pungunt
Vulnera mentem.

Haud fecus venti glomerant profundis
Fluctibus marmor, lacerant tumultu
Valla spumanti, quatiant & vnda
Arua tumentia.

Vulnus horrendo renouatur ictu,
Quod probi paucis focii diebus
Fata figebant, pia mors recenti
Vulnere saeuit.

Nos piis guttas oculis tepentes
Fundimus; sed TV penetrabile caeli
Seandis augustum, fruerisque gaza
Liber amoena.

Nunc Dei disces studium feueri;
Gratiam disces vegetam; videbis
Gloriam claram, renouata sancto
Facta cruore.

Nunc TVVS dulci gremio beatum
Suscipit Iesus, recreatque diuis
Pabulis mentem, reficit voluptas
Regia sensum.

Pace sic diua recubes sepultus,
CLARE PRAECEPTOR; cineres vocabit
Christus inflatos, TIBI splendidosque
Induct artus.

Nos TIBI sensu monumenta casto
Ponimus, quae non animo vetustas
Sera delebit, neque persevera
Fata repellent.



78 M 350

ULB Halle 3
001 592 122



56.

Petro V





IVSTITIAM AC GRATIAM DIVINAM IN
SANCTISSIMO REDEMPTIONIS OPERE
OBSERVATAM DISSERVNT,

ET

RAENOBILISSIMVM
DOCTISSIMVM,
IVM ADAMVM
VNNER,

AEREDITARIVM IN DOBIS
T MICHELN,

E INTERPRETEM IN PAEDAGOGIO
LONGE MERITISSIMVM,

XX. JANVAR. cło cłcc lxx.

PIA MORTE

E DEBITVM SOLVENTEM,
LVGENT

EIVS QVONDAM INTERERANT IVRIS
CIENTIAE LECTIONIBVS.



MAGDEBVRGI,
SIS GODOFREDI VETTERI.

AK

